

**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

Visconti, Giuseppe

Parisii, 1618

Cap. 38. Olim baptizatorum capiti coronam impositam fuisse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](#)

olim baptizatorum capiti coronam impositam
fuisse.

C A P. XXXVIII.

Corona capiti baptizatorum imponebatur,

Ilud quoque scitu dignissimum est, post sacram synaxin, baptizatorum capiti coronam impositam fuisse. Quod quamquam scio multis incredibile visumiri, tamen, ut ex veterum lectione mihi cognitum est, ita rem sese habere, demonstrabo. Ceterum huius rei veritas ex scriptorum testimonij pendebit. Iam primum S. Gregorius Nazianzenus Orat. 23. in laudem Hieron. philos, cu eum Christianè quidem sentientem, verum pro ea corruptela, quæ in plerasque regiones irrepererat, baptismi sacramentum diutius differentem, ad Christiana sacra quam celerimè suscipienda inuitaret, corona, quæ baptizatis dabatur, veluti Olympia dignior, meminit his verbis: *ad eundem, ad sacra haec, & mensam hanc mysticam, atque ad me, qui perhac sacram Deificationis munus obeo, proprius accede ad qua sermo, & vita te adducunt, & purgatio ea, que per cruciatum comparatur, ad eundem, coronis nostris te deuinciam, ac clara voce, non in mediis Olympia, nec in exiguo Gracia theatro, sed coram Doco, & angelis, atque uniuerso Ecclesie catet viatorem proclamabo.* Et Orat. 40. in sanctum bapt. populo persuasurus, ut reiectis ignorantie, & errorum tenebris, ad Christi Iesu fidem

se conferret, hunc baptissimi ritum clarē profert in medium, cum inquit: *baptismo consignare: hunc tibi vita socium, & familiarem asciſte: hic tibi & vitam, & verba moderetur, omnia membra, omnes animi motus, omnes sensus: honore eum complectere, ut te ornent, capitulo tuo gratarum coronam neciat, & corona deliciarum te protegat.* Cyriillus vero Hyerosolymitanus in sua procatēch. cum baptizatos hortaretur, vt omnes viræ suæ rationes ad instituta rectæ, salutaris que doctrinæ dirigerent, coronæ, ex floribus texæ, quam in baptismo suscepérant, libetereis memoriam reficat, opportunum ratus, ex suauitate odorum, qui afflantur e floribus, ad fructus Christiana professione dignos excitare: iam (cuius verba sunt) est beatitudinis odor in vobis o illuminati: iam spirituales colligitis flores ad plectendas cœlestes coronas: iam Spiritus sancti spirauit fragantia: iam circa porticum regalis palatij fuisti, utinam vero & ab ipso rege introducamini, flores iam arborum apparuerunt, utinam vero & fructus percipiatur. S. etiam Ioannes Chrysostomus Hom. ad baptiza. de multiplici sacri baptismatis vi, ac dignitate disserens, ipsos Christianæ fidei candidatos precatatur, vt, cum salutaris baptismatis mysterio initiati fuerint, corona capitii imposita, pro se ipso preces ad Deum fundere non grauenatur, norunt, inquit, huius calicis virtutem, qui sunt diuinis consecrati mysterijs: sed & vos paulo post poteritis addiscere, mementote igitur mei, quando coronam solis radjjs splendidiorem sentietis in capite. Et Seuerus Alexandrinus lib. de bapt. aper-

H h h

850 De Antiq. Bap. rit. ac Cœ.
tius idem confirmat, scribens: & eleuant
pti^ratos ad altare, eisque dant mysteria, Eucha-
stiam, & fertis coronat eos sacerdos. Et paulo post,
dum baptizatos ad lætitiam, & vitæ integri-
tatem invitat: fratres mei, inquit, pallite hymnu
filio dominatoris omnium, qui regum corona ve-
ronauit, peroportate eam, immitate vestimenta ve-
stra, & candidi estote in modum nius, ac in simili-
tudine Angelorum splendores vestros illuminare. In
similitudine Angelorum ascenditis, dilecti mei, &
flumine Iordanis, virtute spiritus sancti haud mar-
cescentes coronas accepistis, fratres mei, & gloriam
domus Adami hodie induistis. Rursus ibidem de
precatione sacerdotis ad Deum: Deus ille san-
ctus, sanctitatisque dator, cuius signo obsignati es tu,
& impressi anulo chrismati fragrantissimi odori,
cuius sancto baptismate baptizati es tu, ipse dignus
vos efficiat cœlesti regno suo, ac pro hac dissolubili
corona coronet vos coronis iustitiae, & operibus bonis.
Quæ testimonia sic manifestè hanc consuetu-
dinem declarant, vt. qui de ea dubiter, eum
rationis expertem esse, necesse sit. Sed forte
quis objiciet, Tertullianum, veterem, & pro-
batum scriptorem, lib. de coron. milit. ostendere,
coronæ gestationem Christianos de-
decere, ac propterea minimè consentaneum
videri, eam baptizaris datam, quam tantas
Author improbarit. Quod tamen mihi nego-
cium exhibere non potest, cum & Tertullia-
ni sententia quænam fuerit, & diversam si-
gulorum temporum consuetudinem extitisse,
conster. Nequæ enim Tertullianus omni coro-
næ vñ Christianis interdixit, sed solum eo, qui

Gentilium more licentius inuestitus erat. ^{Baptizato-}
 Deinde fieri potuit, vt Tertulliani ætate ^{rum coro-}
 baptizatorum corona in vsu non esset, liani ætate
 quia nec ipse, nec alius, ipsi æqualis, aut ^{na Tertul-}
 superior, eius meminit, verum postmodum ^{in vsu non}
 ab Ecclesia adhiberi cœperit, sicut de pluribus
 alijs cæremonijs, & ritibus actum esse. intel-
 ligimus.

Cui baptizatorum capiti corona imponeretur, & à
 quo illa imponi soleret.

C A P. XXXIX.

Causa, cue
 baptizatis

Multis vero, & ijs quidem grauissimis darentur
 rationibus adductam esse Ecclesiā, cē. corona.
 sed, vt hanc consuetudinem non solum insti-
 tueret, sed etiam institutam diutius retine-
 ret. Primum enim maximè prouidēdum erat, a Virg. 1.
 vt spiritalis lætitiae aliquod argumentum ex- Georg. O-
 taret. Quod quidem facile ostendi posse vide- uid.li. 2. de
 batur, si corona, quam in publicis conuiuijs rem.amor.
 ac festis tam Christiani, quam Gentiles^a ad- & li 6. Falt.
 hibent, baptizatorum capiti imponeretur. Iuuenal.
 Præterea, cum pacem, & amicitiam corona Clem. Ale.
 significaret, quemadmodum Cælius Rhodi- 2. Praed. c.
 ginus scribit, valde congruum SS. Patribus vi- 6 Tertul-
 sum est, Dei pacem, & amicitiam, quam om- de cor, mil.
 nes baptizati cum eo inibant, hoc symbolo in Hexam.
 demonstrare, ^b Permulti etiam sunt, qui, co- Corona si-
 gnificabat
 ronam benevolentię, & amoris indicem esse, pacem, &
 misericordiam, quarē, vt bap. ex accepti benefic. amicitiam,
 H h ij